

www.e-rara.ch

**Plantae Seu Simplicia Ut Vocant, Quae In Baldo Monte, Et In Via Ab
Verona Ad Baldum reperiuntur**

Pona, Giovanni

Basileae, 1608

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-28102>

Clarissimo viro Carolo Clusio, Ioannes Pona, s.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CLARISSIMO VIRO
CAROLO CLVSIO,
JOANNES PONA, S.

Restantissimam Medicinam humano generi necessariam esse, inde constat, quod (uti in Ecclesiastico legitur, & in libris castigationum purgantium Joannis Mesues) ipsi propter eius fragilem, & caducam naturam à summo rerum Opifice clementissimè fuerit elargita: constant siquidem hominum corpora ex elementis, corruptioni subjectis, in vicem agentibus, & patientibus: ex quibus alterationes, & affectiones necessario hominibus occurrunt, quarum in actiones facultatum, organorum ministeria, similium partium naturales effectus omnes variis modis leduntur: hinc rationalis anima, labefactatis instrumentis, (quasi dentata dolabra) in operibus suis, & circa artes omnes, scientias, philosophiam, & (quod gravius est) erga suum summum creatorem deficere, sepe cogitur: anima namq; nostra, hac carnea veste obvoluta, hujus corporis instrumentis, (continuè etiam fluentibus) ut sua perficiat munera, indigere lucidissimè conspicitur; nam quo modo imaginatione corrupta, diminuta memoria discurret, & ratiocinabitur? suum agnoscet auctorem, redemptorem, atq; illi obtemperabit? egrotum vero corpus quomodo homini artes convenientes exercebit? proculdubio, aut hæc diminutè tractabit, aut depravatè præstabit. O verè infelix humana natura, cum propè innumeris ærumnis, & tot, tantisq; morbis miserrimè subjaceas! His tamen calamitatibus omnibus arte ipsa medica, nobis à benedicto Deo benignissimè impartita, obviam imus, & verè medemur. Hæc etenim præcepta, & medicamenta proponit,

P R Æ F A T I O

& exhibet, quæ dogmaticè, rationabiliterq; usurpata, quantũ
 hominilicet, præsentem tuctur, & deperditam sanitatem re-
 stituit. Jam verò hæc medicæ materiæ (habituibus illis præter-
 missis, qui ex fonte Philosophia hauriuntur) cùm ab elementis,
 fodinis, animantibus, aliisq; hujusmodi rebus naturalibus pro-
 manant; tum præcipuè à simplicium, plantarumq; admirabili
 virtute sumuntur. His igitur ego cùm avidè operam navave-
 rim, tum, ut ex horum admirabili natura, artificio, & effecti-
 bus causantem artificem intelligerem, admirarerq; ; tum, ut
 hæc cognoscendo, discernendog, possem (quod muneri est no-
 stri) utiliter, & non adulterine, quæ à Medicis in hominum u-
 tilitatem præcipiuntur, genuina simplicia eligere, & eadem in
 pharmaca commiscere, neq; expensis, neq; laboribus pepercì, ut
 vegetabilium præcipua loca studiosè inviserem; quæq; sibi ad
 hoc facientia nascerentur, quanta possem diligentia perquire-
 rem, observarem, atq; colligerem. Inter hæc igitur cum cæteris
 dote ista minimè secundus sit MONS noster BALDUS dictus,
 Baldus (inquam) qui altitudine, latitudine, amœnitate, ac
 pulchritudine insignis in Italia finitimis limitibus Tridentum
 versus, ubi faucibus Alpium ipsa à Rhetia separatur situs est:
 isq; in agro Veronensi, ab ipsa Urbe Verona viginti millibus pas-
 suum distans: quæ præter Arces, & Mœnia tutissima, civium
 splendore, vetustate fundatorum, aëris salubritate, amœnif-
 simis collibus, flumine pulcherrimo Athesi, lacu Benaco (qui
 certè bene agit, cùm solus Carpiones regios pisces, & producat,
 & alat), Aedibus, superbo Amphitheatro, illustribus Templis,
 terræ quibusq; fructibus, acutorum ingeniorum feracitate, &
 quæ tandem naturali, & medico Viridario Baldo monte, in quo
 varia, ac peregrinæ plantæ abundè conspiciuntur præstantissi-
 ma civitas existit. Hunc itaq; cum per plures vices unà cum il-
 lustribus, excellentissimisq; atq; admodum R. R. D. Patre Mau-
 ro, & D. Casare, altero quidem fratre, altero filio peracutissi-
 mi,

rissum

PRÆFATIO.

mi, integerrimūq; Juris consulti. D. Fabii de Niclefolis, hujus-
ce civitatis generis splendore, fortuna bonis, & literis prima-
tibus civibus: D. Nicolao Maronea, D. Hectore Moscalea (nunc
Cæsareæ Majestatis Medico) pariter Urbis nostra medicis cla-
rissimis: D. Hieronymo Calderino civis nostro doctissimo: D. Jo-
achimo Juniermano Norimbergensi Philosopho, Medico, &
Herbarie facultatis peritissimo: a quo veluti à scientissimo du-
ce plurimum, & cognitionis, & artis simplicium mihi compara-
vi D. Pascale Lecog, Gallo: D. Jacobo Zuigero Græcæ lingue pu-
blico professori in Academia Basiliensi, & D. Georgio Rentzio
VVinspergensi, omnibus Philosophiæ, & Medicinæ Doctoribus,
atq; in Plantarum notitia versatissimis: & cum per plures (in-
quam) vices Montem ipsum Baldum peragrassem investigan-
do rimandoq; diligenter Valles, Prata, Sylvas, Rubos, Foveas,
Cavitates, Rupes, Verticesq; omnes præcipites, atq; saxosos: ne
quæ iterato sæpe labore conquiesceram, temporis tractum me-
moriam effluerent, aut consenescerent, ac demum culpa mortis
interirent, hæc de maximo hoc Baldo breviter adnotare non
ab re fore arbitratus sum: tum præsertim, cum numerosiora
simplicia ipse, quam alii hucusq; observaverim, tum potissimum
etiā, cum plantas aliquas novissime ibi ego adinvenerim, quæ
hactenus nec editæ, nec cognitæ ab aliquo (quod sciam) unquā
fuerint. quas etiā nec parum & utilitatis, & pulchritudinis,
herbariæ supellectili allaturas mihi persuadeo. Memor ergo
singularis humanitatis tuæ quam tu mihi aliquando doctissi-
mis epistolis tuis, simplicium alicuius difficultatis enodationem
tractantibus, declarasti, meq; eorum perfectiori scientia adau-
xisti: optimeq; sciens, quantum in plantaria facultate polleas;
quandoquidem scientiæ tuæ præstantia cuiq; ex præclarissimis
tuis Voluminibus satis patet, quibus præ te fers incomparabilia
studia, vigilias peregrinationesq; ejus comparandæ causa sub-
iisse: ejusdemq; manifestas, te mirabili ordine, & eloquentia

rege

P R A E F A T I O.

singulari non minus singula describendocum oculis, quam
suis iconibus referendo oculis corporis subijcere. Pulchre itaq;
cognoscens, te Medica materia tantum profuisse, ipsamq; tibi
infinite debere, aratione alienum non esse censui, ut haec tibi u-
ni dicarem. Prout etiam in futurum, si qua occurrent, me fa-
cturum polliceor, ut apicem perfectionis iam in cognoscendis,
tum in usurpandis simplicibus (si fieri possit) assequi mihi lice-
at: hoc autem eo libentius feci, quod ad id me (inter ceteros)
Perillustris, & undequaq; Clarissimus, ac omnium scientiarum
genere insignis Joannes Vincentius Pinellus, principis, ac sin-
gularis meus dominus, honorifica servitutis mea ergate felix
initium est cohortatus. Hic, Vir praestantissime, reperies iter,
Villas, loca, situs, Aspectus, seriemq; omnem, ac nomina herba-
rum, quae singulis in locis vere exoriuntur. Posthac vero, ac
propediem (ut spero) Deo bene annuente singularum ipsius
Baldi partium imagines, ac locorum effigies depictas acci-
pies. Quoniam autem nobilitas, & candor animi tui, mihi
jampridem perspectus est, quod labores hos meos qualescumq;
amplexari non dedignaberis, pluribus hoc a tua benignitate
contendere, super vacaneum existimaui. Satis id mihi erit, si
signum hoc esse mea perpetua ergate observantia, procer-
to habueris. Interim Deum O. M. ut te quam

diutissime incolumentueatur, rogo.

Verona, Idus Augusti,

M.D.XCV.